

Y²
5225



F. H.

S



Ye
5225

C. B. D.

AD

ACCIPIENDA MUNUSCULA

PER

S Y L V A M

UT VOCANT

SCHOLASTI-
CAM

A QVIBUSDAM ALUMNIS

CONQUISITA

b. e.

AD ORATIONES UTRIVSQ. STYLI

D. XIII. OCT. M DC LXXVIII.

H. L. Q. S.

BENEVOLE ET PERAMANTER
AUDIENDAS

PATRONOS FAUTO-
RES ET AMICOS

DECENTER

I N V I T A T

C H R I S T I A N U S *Weise*
G Y M N. R E C T.



Z I T T A V I Æ,
TYPIS MICHAELIS HARTMANNI.

99





Antiqua Scholæ nostræ consuetudo est, ut, postquam septimana Michaëli sacra piis meditationibus fuerit consumpta, in Sylvam Scholasticam educantur singularum classium alumni, ibidemq; tum in aperto prato, quod lusorium vocatur, tum in adjacentibus nemoribus, horas pomeridianas per integram septimanam licitis & innoxiiis voluptatibus consecrare soleant. Et sanè quâ liberalitate agellum hunc Scholasticum nostra Juventus sibi primùm adscripserit, nunc inquirere non vacat: ipsa interim res adeo mihi semper visa est laudabilis, ut de stabilienda hac consuetudine potius, quàm de abroganda velim esse sollicitus. Nam ut hoc tempore, post collectos agrorum hortorumq; fructus, parum detrimenti afferunt juvenum excursions; ipsa etiam cœli temperies vespertino suo frigore diurnum fervorem satis moderatè corrigit: ita dici non potest, quantum interjecta ejusmodi deliciarum otia, ad novam industriam contribuant. Quorsum enim attinet rigor Papyrii Cursoris, apud Livium *lib. 9. cap. 16.* qui, postulantis equitibus, sibi pro re bene gestâ laxaret aliquid laboris, *remitto, ait, ne nihil remissum dicatis, ne utiq; dorsum demulceatis, cum ex equis descenditis.* Nisi quis migrare velit Lacedæmonem, quorum cives ne pomeridianis quidem deambulationibus indulgere permittebantur: quasi hic voluptatem sectarenur potius, quam corpus exercerent, *Alian. Var. Hist. lib. 2. cap. 5.*

Pulchrior de Johanne Evangelista extat historia, quam ex Fulgoso repetit Aldrovandus *Ornithol lib. XIII. cap. 17. p. 61.* habuisse Virum sanctissimum in suo cubiculo perdices, cum quibus aliquando otii fallendi causâ luderet; irrisum vero ab adolescente, jussisse intendere arcum, qui forte erat in promptu, & sæpius emittere sagittas: postquam autem adolescens facto jaculandi fine, nervum remitteret, causam interserens, id opus esse, ne arcus fieret inutilis, respondisse Johannem: *Et ego & ceteri honesto otio interdum relaxamur, ut majoribus viribus orationi & jejunio sufficere possimus; quod fieri non posset, si semper eodem tenore viveremus.* Allegarem hic Regum & Principum historias, qui curarum medelam in ipsa hac animi relaxatione quæsiverunt, si à Principum voluptatibus statim liceret argumentari ad conditionem privatorum. Evolvatur tamen, si quorum in manibus est, Didaci Savedræ Symbolum *LXXII.* quod de sectandis ac moderatè addibendis relaxationibus pulcherrimum interponit judicium, privato etiam homini satis commodum. Neq; fortè huc nihil faciet acerrima Cominæi sententia *Comment. lib. 9.*

pag. 629. Qui ita se comparant ut maximam temporis partem seriis occupatio-
nibus, reliquum autem liberalibus & honestis oblectationibus impendant, ma-
gnam illi sane laudem merentur, & ô felicem populum, cui talem contingit ha-
bere Principem. Addo ego, felicem populum cui inserviunt eru-
diti ab ejusmodi oblectationibus non alieni.

Equidem de voluptatibus juventuti concedendis, non est
cur multa differamus, cum tanta istius ætatis sit calliditas, ut in
mediis sæpe laboribus aliquam sive ludendi sive jocandi materiam
arripiant. Agnovit hoc Antonius de Gvevara, qui in *Horolog. Prin-
cipum lib. 1. cap. 3.* Marcum Imperatorem ita introducit loquentem:
*Furatus fateor, me non usq̄ adeo studiis fuisse deditum, quin singulis diebus
bonam temporis partem perdiderim. Adeo quippe & libera est adolescentia, &
delicata caro, ut quantumvis laboribus fatigetur extraordinariis, temporis tamen
aliquid ad delicias suas comparcat.* Idem de se narrat eruditissimus Li-
psius, qui cum *Centur III. Miscell. epist. 87.* ad Joannem Wowerium
vitæ propriæ historiam esset perscripturus, ac testaretur quantis vi-
giliis studia tum in Belgio, tum in Italia fuissent tractata, tandem
scribit: *Lovanium redii, annum unum egi in vigore ipso adolescentiæ*

Fucundum cum ætas florida ver ageret,

*Et egi (simpliciter apud te dicam) haud usquequaq̄ ad prisca Catonis normam.
Liber eram parentum & tutorum expers: atq̄ ita choreis, sodalitiis, nugis ludum
& libentiam aliquam ætati dedi. Sed non diu dedi, natura melior me reduxit,
atq̄ ego adeo me subduxi peregrinatiunculâ &c.*

Et verò talia qui consideraverit, facile morem in multis
Scholis introductum, ac solennes præcipuè istas ferias improba-
bit, siquidem in medio ætatis vere flores hilaritatis non defunt, e-
tiam ubi à Præceptoribus non implantantur. Ut juvenes etiam ma-
ximè industrios Parrhasio pictori liceat comparare, qui dicebatur si-
ne omni molestia in opificio suo versari, quod vel cantu vel mo-
dulatione vocis submissâ laborem levaret ac mitigaret. *Ælian. Var.
Hist. lib. 9. cap. 11.* Interim qui Patres sumus, ac filialem à discenti-
bus observantiam expectamus, cur continua austeritate ad classium
subsella compellamus? cur non ad lætiores interdum remissiones
conniveamus? aut paternæ benignitatis indicium facturi, indul-
geamus? Si præsertim affulgeat spes fore ut unius vel alterius diei
neglectum, nova compenset industria.

Neq; aliud agitur in solenni hac præscriptione, quàm ut ipsa
feriarum materia, nunc sedulitati etiam nostræ destinetur, ac à di-
scentibus specimen exhibeatur, quàm facile inter lusus quoq; &
otiosas nugas reperiri queat eruditionis exercitiū. Quippe discen-
di argumentum capitur ab eâ Sylva, quam Scholæ consecratam, su-
perius relatum est: & ita quidem capitur, ut quantum pateat Alle-
goriarum & Emblematum licentia, exemplo non ignobili eluce-
scat. Ita verò à me semper Juvenum habetur cura, ne difficilio-
ribus torqueantur, neglectis interim faciliioribus. Spero autem Poë-
ticos istos Allegoriarum lusus vernantibus ingeniis multum fore

aptiores, quàm si excuffis profundiorum disciplinarum adytis ali-
qua proponantur, in quibus solam ignorantiae gloriam sibi senti-
ant relictam. Sed citra ambages ad rem ipsam progredior.

ORDO EXERCITII.

*Postquam Auditores fuerint ingressi, in memoriam sylve-
stris hilaritatis à Choro cantabitur Ode, libertatis b. c. li-
bera latitia de prædicationem continens.*

I.

Wer will die freyen Künste treiben
Der nicht ein freyes Herze führt?
Wer allzeit soll im Bande bleiben
Der wird durch schlechte Lust berührt/
Und gleichwohl müssen alle Sachen
Sich durch die Lust vollkommen machen.

II.

Der Himmel sieht nicht immer trübe /
Die Sonne scheint in das Haus
Und lockt die ungezwungne Liebe
Biß in das freye Feld hinaus/
Da soll man in den freyen Lüfften
Der Freyheit ein Gedächtnis stiften.

III.

Der stete Fleiß ist unsre Speise /
Die Freyheit trägt die Würze bey/
Damit der Geist auf solche weise /
Nach neuer Kost begierig sey:
So wird die Nahrung angenommen
Und muß der Seele wohl bekommen.

IV.

Wir werden oftmahls eingeladen /
Wo Kunst und Tugend-Taffel hält/
Und gleichwohl bringt es keinen Schaden
Wenn sich die Lust darzu gesellt /
Die unsre Taffel schön besetzt
Und gleichsam durch Confect ergötzet.

V.

Wolan wir kommen von der Freude
Und von der Felder Lust herein /
Damit wir in der Tugend Weide
Nun noch einmahl so hurtig seyn:
Wir sind ermuntert und verspüren
Lust und Begierde zum Studieren.

Ach

Ach Gott erhalte diß Gebäude/
 Dieß edle Kleinod unsrer Stadt/
 Damit auch unsre Tugend = Freude
 Noch ferner solches Wachsthum hat/
 Und daß die freyen Künste blühen
 Wenn sie in freye Seelen ziehen.

Inde se ostendet Prologus

CHRISTIANUS BADER, Zitt.

*provocaturus ceteros ad exquirenda munuscula, si qua per
 Sylvam Scholasticam tantis Patronis idonea occurrerint.*

Ab hoc vero invitatus prodibit

IMMANUEL FERICHOVIVS, Löbavia Luf-
 afferens ex ista Sylva tres conos abiegnos, (ita enim hac
 abietis nucamenta ex ipsa Galeni auctoritate, imo ex ob-
 longa figurâ appellantur) quorum prior oblatus Nobilissi-
 mo Senatui, hanc habeat inscriptionem: SUB CLYPEIS;
 quippe Squamas continuas non immerito quis clypeis com-
 paraverit; alter, tum Plur. Reverend. Ministerio, tum
 Ordini Scholastico destinatus, ita loquatur: SUB CLYPEIS
 SEMEN: certè enim adeo steriles non sunt, quin occultent
 granula, & propria fecunditati, & animalium alimento
 commoda; tertius ad universam Civitatem spectans hoc
 habeat: SUB SEMINE CALOR: quo ipso alluditur ad
 Resinam abietis adeo domesticam, ut ne fructus quidem
 igni sua deneget alimenta.

*Orationem tot votis commodam Carmine Elegiaco pro,
 sequetur.*

CHRISTIANUS FRIDERICUS BEHNES, Zitt.

Novo munusculo instructus se ostendet

JOHANNES Schwarzbach / Zitt.

*cui placuerunt tres ramusculi è Junipero decerpti. Quo-
 rum primus universa Civitati donandus, hac inscriptio-
 ne fuerit notabilis: SEMPER VIRET: alter Templo &
 Scholæ proprius isto lemmate nitebit: NUNQUAM SI-
 NE FRUCTU: nimirum Juniperi grana sive baccas,
 nunquam maturescere, quin novus fructus jam sese osten-
 derit, notissimum est; tertius Procerum felicitati appli-
 cendus loquetur: UNGIT ET PUNGIT: quasi tum ad
 Præ-*

*Premia, tum ad Pœnas prudenter dispensandas omnia fan-
sta apprecaturus.*

Ac istas quidem preces carmine Choriambico prosequetur.

MARCUS MAUER, Zitt.

Porro accedet

JOHANNES PHILIPPUS KRODEL, Zitt.

*tres secum afferens Boletos, quos inter vallium uligines
arida etiam hæc tempestas excitavit. Prioris Lemma fue-
rit: IN HUMIDO CRESCIT; alterius: IN UMBRA
SERVATUR: tertii: IN PINGVEDINE SAPIT. Quo
ipso ad humidam Dei benedictionem, ad amœnam Rute
Saxonica umbram, ad pingvem deniq; Civium affluentiam
dicendi argumentum dirigetur.*

Inde Carmine Heroico suffragium conferet

JOHANNES CHRISTIANUS RODOCHS, Zitt.

Ultimo prodibit

JOHANNES HEINRICVS à Sanctisch/ Zitt.

*tres ostensurus Silices, quos in amne Mandavia, seu A-
qua vetere, ut nos vocamus, collegit: quorum prior fue-
rit inscriptus: DURAT: alter: INTUS LUCET; posterior:
IGNEM FOVET. His enim celebrari silicem nemo igno-
rat.*

*Talia vero vota Carmine Phalacio seu Hendecasyllabo
repetet.*

HEINRICVS Gottlob Winkiger / Zitt.

*Tandem clausulam subjiciet Carmine Vernaculo vota sin-
gularum complexus, Patresq; in defuncti nuper Parentis lo-
cum successuros obnixè veneraturus*

CHRISTIANVS VOGELIUS, Zitt.

*Inde CHorus deflexâ ad Statum Scholasticum pietate,
Cantilenam Ecelesiastica hæud omnino dissimilem, pasto-
rali magis S Sylvestri, quam artificiali stylo absolvet;*

I.

WEr nur den lieben Gott läßt walten/
So lang er in der Schule lebt/
Der wird auch allen Trost erhalten
Darnach ein Mensch im Leben strebt/
Gesetzt daß manche Sorgen Nacht
Die Tages Lust geringer macht.

Hier

II.

Hier wird der Garten angeleget /
 Da manches Reiß im Schatten steht /
 Das Gott hernach zu suchen pflaget
 Wenn hier und da ein Baum vergeht /
 Drum liegt dem Höchsten viel daran /
 Daß Er dieß Werck befördern kan.

III.

Mann bleibe nur bey seinem Fleiße /
 Die Stunden sind schon angefetzt
 Da Gott mit Reichthum und mit Preiße /
 Die angewandte Müh ergözt /
 Und da des Neiders überdruß
 Sich selbst zur Straffe werden muß.

IV.

Giebt uns die Wollust schändde Blicke
 Und stört die Lust zur Einsamkeit /
 So dencke man auf Gott zurücke :
 Es ist doch besser allezeit
 Mit Gott in Arbeit Müh und Pein /
 Als ohne Gott in Freuden seyn.

V.

Man darf nur unverwandt studieren /
 So hat man schon genung gethan /
 Gott wird das andre schon vollführen /
 Mehr als die Sorge schaffen kan /
 Weil er denselben die Er liebt
 Ihr Antheil auch im Schlasse giebt.

VI.

Manch armes Kind das sich vor zeiten
 In Mangel als ein Knecht befand /
 Steht iht den Fürsten an der Seiten /
 Und redet vor das ganze Land /
 Diemell des Allerhöchsten Rath
 Den treuen Fleiß geprüfet hat.

VII.

Wer weiß wer noch aus diesem Hauffen /
 Ein Licht im Lande werden sol
 Das Glücke wird ihm nicht entlauffen /
 Er lebe nur und lerne wohl /
 So leistet er was Gott befiehl
 Und hat am Ende nicht verspielt.

FKye 5225

VIII.

Wolan die Welt mag uns verdammen/
Gott lindert allen Ueberdruß:
Und also treten wir zusammen/
Wer Lehren oder lernen muß:
Gott ist mit Uns/ das soll allein/
Der Spruch zu unsrer Lösung seyn.

His lusibus Actum nostrum Oratorium commendare iis conabimur, qui non tam in splendore externo, quam in ipsis juvenum profectibus maximam Scholæ gloriam solent reponere. Neq; desperamus de frequenti Benevolorum Auditorum præsentia, cum nupero Actu omnibus fuerit notum & perspicuum, quantâ orationem brevitate sermonis qualem qualem scabritiem conemur excusare, & quam libenter Auditores cito dimittamus, ut imposterum redeant aliquantò libentius. Sanè gratulabimur nobis, si spes tum temporis concepta jam eventum ex voto attigerit. Quinetiam dabimus operam, ut Servitiis ac officiis benigna & facilis hæc accedendi promptitudo, quantum licet, compensetur. Dab. è Gymnasio Dom. XVIII. post Trin. M DCLXXVIII.



Worm

W

Pon 9e 5225, 17X

ULB Halle 3
004 837 86X



f





Ye
5225

C. B. D.

AD

ACCIPIENDA MUNUSCULA

PER

S Y L V A M

UT VOCA

SCHOLA
CAM

A QVIBUSDAM
CONQUISI

b. e.

AD ORATIONES UTR

D. XIII. OCT. M DC L

H. L. Q. S.

BENEVOLE ET PER
AUDIENDAS

PATRONOS
RES ET AM

DECENTE

I N V I T

C H R I S T I A N

G Y M N. R E



Z I T T A V I Æ,
TYPIS MICHAELIS HARTMANNI.

99